Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

3

carbones sup caput eorum. De quib: scriptum e;
Sagittae potentes acutae cum carbonib: desolatorius;
Utquomodo de altaria seraphim carbo sublatus
prophetae labia purgauit! Ita et inimicorum nrorum
peccata purgentur. Ut uincamus in bono malum
et benedicamus maledicentibus. et imitemur patre
qui solem suum oriri facit super iustos et iniustos;
Igitur et tu quia paucos habes filios: habes
plurimos fatti amicos de iniquo mammona quae te
recipiant in aeterna tabernacula; pulchra quae
dixit de iniquo. Omnes enim diuitiae de iniquitate
descendunt. et nisi alter p diderit. alt non potest
inuenire; Unde illa uulgata sententia mihi uidetur
esse uerissima. Diues aut iniquus aut iniqui heres;
Quod cum legis doctor audisset: et ferre non posset
quia habebat diuitias multas: Conuersus dns
ad discipulos ait. Quam difficile qui diuites sunt
intrare possunt in regna caelorum. Non dix impos
sibile sed difficile. Licet exemplum posuerit in pos
sibilitatis. facilius camelus p foramen acus transire
poterit. quam diues introire in regna caelorum.
Hoc aute non tam difficile e. quam impossibile. Nu
quam enim fieri potest ut camelus transeat per
foramen acus! Numquid igitur diues intrare
poterit regna caelorum. sed camelus tortuosus